



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De minori exco[m]munica. c. 17.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

reservata ille solus & omnis (præ-
terquam in certis quibusdem casi-
bus) absoluere potest, qui eam sibi
reservauit, à non reservata verò
etiam à Papa lata, absoluere po-
test ordinarius, & proprius confes-
sarius habens à mortalibus absolu-
uendi potestatem: qui licet iuris-
dictionem non habeat, absoluere
videtur ex Papæ commissione. Ex-
tra proprium territorium, nec
ordinarius excommunicare, vel
absoluere potest etiam subditum
sine licentia diæcesani saltem ubi
est necessaria cognitio causæ cum
strepitu forensi, nam secus potest.

De minori excommunicatione.

Capit. 17.

Minor excommunicatione pri-
uat ratiū sacramentorum
passiuaparticipatione, qua-
re minori excommunicatione dete-
ti, si sacramēta sumant, mortaliter
peccati: nō tamen fiunt irregulares

nec peccant saltem mortaliter , si
aliis tantum ministret sine mortali.
Priuat etiam eadē excommunicatio
beneficii ecclesiast. passiuā elec-
tione, & qui eligitur sciens, mor-
taliter peccat , & talis electio licet
valida, est per iudicis sententiam
annullanda. Hæc excommunicatio
contrahitur cōmunicando, cū
nominatim excōmunicato & pu-
blico clerici percussore. Qui hac
ligatur, potest à quolibet sacerdote
absolui , inquit Toletus , faculta-
tem habente à mortali absoluendī , &
etiam à non approbato , si
pœnitens mortali culpa careat.

De excommunicationibus Bullæ

*Cœnæ Domini. Prima
contra hæreticos.*

Cap. 18. 19.

BVlla hæc illa est , quæ Sixtus
v. anno 1586. publicari man-
dauit. Continet quasdam spe-
ciales excommunicationes , quæ